

34 basis parva marmorea. Ostiae rep. a. 1867 una cum n. 35—37. 116. 117. 119. De loco ubi repertae sunt fuse exposuit Viscontius annal. I. c. p. 362. 377 sq. et accuratius p. 390. Prodierunt scilicet intra Ostiam antiquam ibi fere ubi videtur fuisse porta Laurentina iuxta templum, quod Matris deum fuisse inscriptiones ipsae probant, nec tamen ipso loco antiquo, sed coniectae *nel vano di una delle tre piccole arcate di costruzione aperte appiè del muro posteriore del tempio*. Locus signatus est in tabula edita *monumenti dell' Istituto* vol. VIII tab. 60 fig. 1 litt. h. Nunc Ostiae in museo.

in margine:

P ! ! ! ! ! ? F

in ipsa basi:

!!!!!!!!!!!!!!!!!!!!
ELICIS Q CAECILIVS
FVSCVS ARCHIGAL
urceus 5 LVS COLONIAE OSTEN sic patera
SIS · IMAGINEM
MATRIS DEVM · AR
GENTEAM · P · I · CVM ·
SI · GNO NEMESSEM
10 KANNOPHRIS sic
OSTIENSIBVS D D

Descripti. Acta ms.; C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 391.

Tam in margine superiore basis quam in principio spatii scripturae destinati vestigia apparent litterarum antiquitus erasarum. Scriptum ibi fuisse *pro salute imp. Caes. M. Aureli Antonini pii felicitis* coniecit Viscontius; nec contraria sunt pauca ea quae ex litteris deletis enotare potui.

35 basis parva marmorea. Ostiae rep. a. 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

Q · CAECILIVS ·
FVSCVS ARCHIGAL
LVS C · O
· IMAGINEM AT
5 TIS ARGENTIAM sic
· P · I CVM SIGILLO
FRVGEM AEREO CA
NNOPHORIS OSTIEN
SIBVS DONVM DE
10 DIT

Descripti. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 391; acta ms.

6. 7 verba *cum sigillo Frugem aereo* respondent verbis *cum signo Nemesem* inscriptionis n. 34, sed ipsa obscura sunt; Viscontii coniectura, significari spicas quas manu tenuerit Attis, vix ferri potest.

36 basis parva marmorea. Ostiae rep. anno 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

CALPVRNIA
CHELIDO
TYPVM · MATRIS
DEVM · ARGENTI
5 P · II · CANTNOFORIS sic
· OST · D · D ·
ET · DEDICABIT

Descripti. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 392; acta ms.

3 cf. vit. Heliogab. 7: *matris etiam deum sacra accepit et tauroboliatus est, ut typum eriperet et alia sacra quae penitus habentur condita*. — 5 idem soloecismus redit infra n. 118.

37 basis parva marmorea. Ostiae rep. anno 1867 una cum n. 34; nunc ibi in museo.

in latere
syrinx
Q DOMITIVS
ATERIANVS · PAT ·
ET · DOMITIA ·
CIVITAS · MAT ·
5 SIGNVM · ATTIS ·
CANN · OST · D · D ·
in latere
apex Phrygius
lituus

Descripti. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1868 p. 392; acta ms.

Q. Domitius Aterianus pat(er) et Domitia Civitas mat(er) signum Attis cann(ophoris) Ost(iensibus) d(ono) d(ederunt). Pater et mater reperiuntur etiam infra n. 69 et 70 in titulis donariorum apud dendrophoros Ostienses, ut videtur, dedicatarum. — Titulus ab eodem ut videtur Q. Domitio Ateriano positus Sallustiae Crispinae coniugi infra inter sepulcrales (n. 912) recensetur.

38 sub signo Attis marmoreo. Rep. Ostiae eodem fere loco quo n. 34—37, scilicet in area tetragona, fortasse campo Matris Deum qui memoratur in latere tituli P. Claudio Abascantiano positi infra n. 324; nunc Romae in museo Lateranensi.

NVMINI · ATTIS · C · CARTILIVS · EVPLVS · EX · MONITV · DEAE ·

Descripti. C. L. Visconti ann. inst. arch. 1869 p. 225. Signum cum inscriptione delineatum est *monumenti dell' Istituto* vol. IX tab. 8 a fig. 2.

39 ara marmorea. Prostrata ad Tiberim, ubi Ripam dicunt, ex Portu sive Hostia asportata MIL. Romae nuper reperta GVther. In hortis Iustinianeis ad portam Flaminiam BIANCH. GVD, MONTF. In museo Vaticano OSANN, ubi adhuc extat (*Gall. lap. a dextra intranti*). — Beneventi ORELLI errore.

A E M I L I A
S E R A P I A S
TAVROBOLIVM FECIT
ET ARAM TAVROBOLATAM sic
5 POSVIT
PER · SACERDOTES
VALERIO PANCARPO
IDIB · MAIS · ANVLLINO · II
ET FRONTONE COS 199 p. Chr.

Descripti Henzen. M. Milesius cod. Ferr. I, 344; Iac. Guthier de vetere iure pontific. (Par. 1612) lib. III c. 5 p. 262 cui dedit Sirmond (inde Gruterus in cod. Lugd. Papenbr. 6 f. 122 et Reinesius 1, 42; ex Reinesio Oderici diss. p. 158; ex hoc Orelli 2326); Gudius, qui vidit, ms. 508, 1, ed. ind. LXXVI; Bianchini cod. Veron. 348 f. 24; Montfaucon cod. Paris. 1293 post f. 155; Osann syll. 453, 466.

4 ARAM] PETRAM Guth. contra lapidem.

imperatoria summum Ostiae fuit sacerdotium⁴²); quin etiam electio pontificis digna putabatur, cuius in fastis Ostiensibus mentio fieret (infra n. 4533 col. II v. 5 sqq. 4535 v. 9 sqq.; cf. n. 4542). Iisdem fastorum fragmentis docemur pontificem Volcani 'creatum' esse: a quibus et quo modo, adhuc ignotum manet^{42a}). Testimonium novum auctoritatis eius, quae pertinebat ad omnes aedes et areas sacras coloniae (cf. supra p. 5 a), habemus fortasse infra n. 4705/6. — Ex ceteris dis Romanis commemoro hic imprimis Silvanum, cui huius supplementi inscriptiones haud minus quattuor dedicatae sunt (n. 4326–4329 [4328 in Portu rep.]; cf. 4320⁴³): apparet res quae Silvano cordi sunt in regione Ostiensi antiquis temporibus haud minus sedulo actas esse quam hodie. — Nunc primum Ostiae prodiit titulus Spei Augustae dedicatus (n. 4330); templum Ostiense eidem deae sacrum restituit P. Lucilius Gamala (supra n. 375 v. 32; cf. p. 645). — Ostiam deam item ut Romam ipsam cultam esse demonstratum puto titulo basi infra n. 4323 inscripto, quae basis olim statuam deae Ostiae videtur sustinuisse. — Spatium amplum etiam in hac sylloge sibi vindicant tituli deorum exterorum: dei invicti Solis Mithrae (n. 4307–4315; in quibus n. 4314 fortasse ad Iovem Caelum Mithriacorum pertinet), Matris deum Magnae (n. 4301–4306, cf. n. 4627), Isidis et Serapidis (n. 4290. 4294; cf. n. 4667. 4672. 4325 et infra addenda ad n. 47); accedit nunc etiam Iuppiter Sabazius, cui id sacellum dedicatum fuisse putant, ex quo titulus eius provenit (n. 4296, cf. 4297). — De imperatorum flaminibus v. infra ind. VIII D. — Sodalitium sacrorum nescio quorum causa antiquissimis temporibus institutum, coloniae Ostiensis proprium fuerunt sodales Arulenses⁴⁴). Huc pertinent etiam cultores Larum et imagi-

⁴²) De dignitate pontificis Volcani et aedium sacrarum — appellatur sic aut nude pontifex aut pontifex Volcani, v. supra p. 573, infra ind. VIII D —, cui praetores et aediles sacris Volcani faciundis assistebant, cf. quae dixerunt Dessau supra p. 5. Carcopino l. c. (v. notam 2) p. 70 sqq. Taylor l. c. p. 15 sqq. Pontifices Volcani iidemque ut videtur duoviri occurrunt in fastis infra n. 4533. 4535. Elenchum pontificum exhibet Carcopino l. c.; de A. Egrilio Plariano cf. infra n. 4442 sqq. et *Sitz.-Ber.* l. c. p. 64 sqq.

^{42a}) Fortasse a decurionibus; certe fieri poterat, ut aediles sacris Volcani faciundis (cf. not. 42) decurionum decreto nominarentur (infra n. 4553).

⁴³) Cf. Taylor l. c. p. 37 sqq. De sanctuario imagine Silvani in pariete picta exornato v. Calza *Not. d. sc.* 1915 p. 248.

⁴⁴) Supra n. 344. 373. 432, infra n. 4625. 4674. De sodalibus Arulensibus, quos antiquitus cultui dei Volcani attributos fuisse censet, egit Carcopino l. c. p. 49 sqq.

num Septimii Severi et filii eius, qui consistebant in praediis Rusticeliani imperatoribus propriis (n. 4570. 4574).

Inscriptiones in Portu repertas inter Ostienses recepi, exemplum Dessavii secutus. Officiale imperatoris Portuensem, Augusti libertum, scilicet tabularium Portus Augusti, aetatis Flaviae, habemus nunc infra n. 4482/83. — Novum et lepidum de Portu testimonium nuper nobis attulit papyrus Michigan n. 4527, Caranide Aegypti reperta; continet epistulam circa a. p. Chr. 200 scriptam, qua Apollinaris quidam matrem certiore facit se incolumem in Portum venisse, ut inde Romam pergeret, miles classis Misenatis futurus: καὶ νῦν ἀπὸ Πόρτου σοι δηλώ, οὐκ ἔτι ἀνέβην εἰς Ῥώμην καὶ διετάγγην κτλ.; deinde addit γείνωσκε ὅτι εἰς Μεισηνοῦς διετάγγην⁴⁵). Memoratu dignum est, ut monet Dessau, nomen *Portus* nude positum (haud *Portus Augusti* vel *Portus Traiani* vel *Portus Ostiensis*)^{45a}).

Quo tempore Portus, qui primum finibus coloniae Ostiensis comprehendebatur, suam rem publicam acceperit⁴⁶), nuper demum apparuit titulo infra n. 4449 reperto, quem *civitas Flavia Constantini Portuensis* Crepereio Madaliano praefecto annonae posuit. Inde sine magno periculo erroris concludi potest civitatem Portuensem ab Ostia separatam esse a Constantino, qui pugna apud pontem Milvium d. 28 mens. Oct. a. 312 facta rerum potitus est. Quodsi Portus iam die 4 mens. Aug. a. 314 *Portus Romae* appellatur⁴⁷), non *Portus Ostiensis*, res publica Portuensis videtur constituta esse inter annos 312 et 314⁴⁸).

et alibi passim; confert eos suo iure cum sodalibus Caeninensibus, Cabensibus aliisque sodaliciis antiquissimis similiter dictis. Quodsi Carcopino inde concludit exstitisse olim ad ostium Tiberinum sanctuarium celeberrimum Latinis commune — nomine fortasse *Arulam* —, cui adiuncta fuerit Ostia nescio quae praeostiensis (cf. supra not. 2), hac coniectura quamvis ingeniosa tamen nimis audacter obscuritatem antiquis temporibus obvolutam rescindere velle mihi videtur.

⁴⁵) Winter *Class. philol.* 1927 p. 239 sqq.; cf. Schubart *Gnomon* 1928 p. 357. Wilcken *Arch. f. Pap.-Forsch.* 1928 p. 85 sqq. Hunc quoque Parcae in Italiam misere, ut ei virtutum nobile munus Roma aeterna potens tribueret (cf. infra n. 4488).

^{45a}) Cf. etiam C. VI 29809.

⁴⁶) Cf. supra p. 7.

⁴⁷) Inter episcopos, qui concilio Arelatensi adsunt, unus est *de loco qui est in Portu Romae* (Mansi *Conciliorum collectio* II 1759 col. 477 C).

⁴⁸) Civitatis Constantinianae mentio fit etiam in privilegiis episcopo Portuensi a. 1018 et 1049 praebitis (Gaetano Marini *I papiri diplomatici* [Romae 1805] n. 42 [p. 66] et n. 49, cf. Kehr *Italia pontificia* II [1907] p. 20 sq. n. 10. 13). Omnino vide quae exposui *Sitz.-Ber. Berl. Ak. phil.-hist. Kl.* 1928 p. 69 sq. Cf. etiam supra p. 484.

VOLVMINI XIV ADDENDA.

In haec additamenta recepta sunt mutatis mutandis etiam ea, quae Dessau dedit *Eph. ep.* VII p. 355 sq. IX p. 334–337 et quae idem collegit per hos viginti fere annos, ex quo vol. IX Ephemeridis epigraphicae prodiit; ubicumque notas eius verbotinus fere repetivi, addidi signum [D.].

ad n. 4 cf. L. R. Taylor *The cults of Ostia* (1912) p. 22 sqq. J. Carcopino *Virgile et les origines d'Ostie* (1919) p. 80.

ad n. 5 v. infra ad n. 4569.

ad n. 11. Ara nunc iterum collocata est intra Ostiam antiquam, ad viam sepulcralem, in oppidum intranti a dextra, ubi vidi. Scriptura iam satis evanuit; litterae videntur fuisse bonae.

ad n. 14. Vv. 1. 2 supplendi sunt [Cassius] *Lig[us trib. coh. IIII vigil., praep(ositus) vexill[ar]ionis*]; cf. 13. 4380. Fuit praepositus vexillationis a. 194 vel 195 (4380), i. e. Clodio Albino Caesare (6, quem titulum titulis 13. 14 aequalem esse docent nomina centurionum).

ad n. 24 (cf. p. 484). Marucchi *Il museo egiziano vaticano* (1899) p. 113 [D.].

ad n. 23. Nunc etiam C. I² 2, 4 n. 1423.

ad n. 24 (= Dessau *Inscr. Lat. sel.* 4294). Idem Gaionas posuit titulos in sanctuario deorum orientalium effosso in monte Ianiculo repertos C. VI 36793 a: *Pro salute et reditu et victoria imperatorum Aug. Antonini et Com[m]odi Caes. Germanic. principis iuvent. Sarmatici Gaionas cistiber Augustorum d. d.* et C. VI 36804: *Δεσμός ἔπος κρατερὸς θῦμα*

θεοῖς παρέχοι, Ὅν δὴ Γαιωνᾶς δειπνοκρίτης ἔθετο; praeterea titulum iam pridem notum C. VI 420 = Dessau *Inscr. Lat. sel.* 398 (cum addendis vol. III p. CLXX). Quid esset δειπνοκρίτης, disseruerunt Wissowa *Hermes* 49 (1914) p. 626 sqq. Cumont *C.-r. de l'acad. des inscr.* 1917 p. 282 sq. — Ad v. 2 *Angelo* cf. Cumont *Les anges du paganisme, Revue de l'histoire des religions* 72 (1915) p. 159 sqq.

ad n. 25. Nunc in museo Caelimontano horti muro applicita. Litterae sunt pessimae. Titulus totus in litura repositus est eraso antiquiore, ex quo supersunt praeter Q v. 5 in. complura vestigia incerta² Bang qui vidit.

ad n. 34. 35 cf. L. R. Taylor *The cults of Ostia* (1912) p. 61.

ad n. 38 cf. infra n. 5385.

ad n. 40. 41 v. infra n. 4202. 4203.

ad n. 42. Frustulum vv. 1–6 ineuntes continens vidi in repositis musei Ostiensis. 3 in. IMP.

ad n. 45. b vidi in repositis musei Ostiensis.